



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

17 Quae requirantur in Aduocato Consistoriali per Constitutionem Martini
V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

32 CAPVT

& inferius, Non aliter nisi sub
gestorum confectione minimè eos
cohortali conditioni subiacere pa-
tēfactum fuerit, admittantur.
Rursus, quod dicitur in eadem
Epistola de experimento utili-
tatis Admittendi, congruit al-
teri requisito de Iure Cæsarico
in dicta l. nemini, vers. Iurisper-
itos, etiam eorum Doctores iu-
bemus iuratos sub gestorum testi-
ficatione deponere esse eum, qui
posthac subrogari voluerit, peritia
¶ 6 Iuris substructum. Quæ* qui-
dem honesta conditio Admit-
tendi, & doctrinæ experimen-
tum, non solum de Iure com-
muni requiruntur in Aduocato
¶ 7 Consistoriali, sed * individuali-
ter etiam per Constitutionem
ter-

tertiam Martini V. §. 14. exigentem in primis, quod recipiendus, sit Doctor Iuris famosus: secundò quod post Docto-
ratum ab eo receptum ad mi-
nus legerit per triennium: ter-
tiè quod sit commendatus de
vita, & morum honestate, a-
lij sue virtutibus: quartò quod
mundæ sint manus eius, & bo-
num habeat testimonium: & §.
16. quod publicè suæ doctrinæ
experimentum faciat. Quæ con-
stitutio licet ibi loquatur de
Auditoribus Rotæ, idem tamen
seruari mandauit quoad Aduo-
catos Consistoriales *in* §. 28.
Nec non * etiam per Constitu- 18
tiones antiquas ipsius Collegij
Aduocatorum, quarum Altera

C sic